

## Alte Drucke

**IVRIS || CIVILIS ROM. || INITIA ET PRO-||GRESSVS. || AD  
LEGES XII. TABV-||LARVM BREVIS || commentatio. || EX  
VLPIANI FRAGM. || TITVLI XXIX. ...**

**Crespin, Jean**

**[Genf], 1568**

**LECTORI.**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150618**

L E C T O R I.

X Aduersariis A. Turnebi hominis acutiss. etiam colligere lubet (vt ex aliis viris doctis.) nonnulla quæ ad singularēm quarūdam XII. Tab. legum, verborūmque Iuris cum restitucionem tum interpretationem facere videntur: & his tanquam variis plumis Enchiridium Appendicis huius ad Institutiones ciuiles, concludere.

**L** Egem, ait, XII. Tab. quæ his verbis est conscripta, *Cui testimonium defuerit, is tertius diebus ob portum ob vagulationem ito.* scio à Iurisconsultis doctissimis huius memoriarum variè exponi, & magno studio ab illis semisepultas legum earum reliquias effodi: quodam etiam quadam Decemvirali potestate leges scribere & rogare: tentabo tamen hac in lege sensum, qui mihi probabilis videatur, explanare: neque vero debo excludi ab hac interpretatione, quæ velint nolint tota coniecturæ est, ut sagacis sit hominis & mediocriter eruditæ eam captare, non solius Iurisconsulti.

Puto igitur significari si testis ei defuerit, qui item habuit, ei licere *comperenditionis* die, id est, *Comperendi* die tertio, ante eius ædes liberè conqueri & imponere. plorare eius testimonium, coniunctumque recusanti facere. Nam à *vagio* & *vagulo* deducitur, *Vagio* vnde *vagulatio*, quod conquerentis & ploratis est: *Vagulos* nec assentior iis, qui à *vagor* deducunt, nec qui obvagulatum legunt, quum *vagulationem* Festus planè aperteque legat, & interpretetur, sitque *ob vagulationem* dictum antiquo more pro *ad vagulationem*.

Et quoniā verba XII. Tab. modis omnibus video interpolari atque mutari, nec per nostram li-

M. i.

A. T V R N E B.

cere eorum sepultis manibus inscritiam quiescere  
(nam quæ non intelligimus, protinus ad nostrum  
captum scribimus atque formamus) ipse quoque  
pari ac reliqui in eas temeritate ac vesania grar-  
fabor.

3. pag. 44.

**L**Ex est apud Porphyriónem interpretēm Ho-  
ratii, sed ita balbutiens, ut à nemine intelliga-  
tur, & tamen loquatur quicquid cuius collibuit,  
*Si vñ vocatiōni testamini igitur rem capito antestari:*  
Ego eius verba sic concipienda puto, *Si in ius vo-*  
*cāt, ni it, antestatus manū iniūcito, aurem antestati*  
*capito.* &c, vt opinor, non longè recedunt ista à ve-  
stigiis depravationum vetuscarum. Nam in illo,  
*mi ni igitur, mihi latitare videtur manū iniūcito*  
*cum priore auris syllaba:* & nominatim disertē-  
que monent interpres proditam lege actionem  
iniuriarum in oū fuisse, qui sine antestatione ma-  
num inieceret.

3. pag. 24.

**A**lia in lege, *Si pater filium ter venundabit, si-*  
*lius à patre liber esto: non vt editur venundavit,*  
legendum credo, non enim possum credere, De-  
cem viros danit scripsisse: & animaduerti non in-  
frequenter in futuro leges loqui solere.

5. pag. 34.

**A**liam etiam legem aduersus nos vindicem  
assertorēmque postulare cogamus: ea est a-  
pud Gellium, sed valde corrupta: quam sic lego,  
*Quis erit testatos libripensve fuerit, ni testimonium*  
*fateatur, improbus intestabilisque esto, alii pro fatea-*  
*tur, fariatur edunt, alii feruntur, non male etiam*  
*ferat legeretur: testatus autem est ant estatus, quo*  
*pacto & scribenti non repugnabo: in Gellio, testa-*  
*tior peruersissimè scribitur.*

5. pag. 45.

**V**Indiciam ferre est sententia decretōque ob-  
tinere rem: dicebat enim vindicias iudex, se-  
rebat vindicias, qui rem obtinebat: sed si vindi-  
ciam ille tulerat, qui non debuerat, tribus arbit-  
ris datis, duplione damnum luebat. lex enim erat,  
*Si vindiciam falsam tulit, rei sive litis arbitrios tres*  
*datos,*

NOTÆ XII. TAB.

dato, eorum arbitriis fructus duplione damnum decidit. Significant & vindiciæ manus correptionem, κερπομός à Clemente vocatur, à Charisio κερπί- στεια, quod manus brachiale caperetur, qui carpus dicitur. Id & Gellius indicat scribens, Vindi- cia correptione manus in re atque loco praesenti apud Prætorem siebant. Ex eo etiam adfertor κερπησίς, κερπησία & adfertio κερπηστεια vocatur, ut in lexico Latino Græco reperi. Sunt & vindiciæ libertas Cha- risio auctore, qui ἐλθυτερέσιν explicat.

**E**S.T & in Gellio lex, Ante meridiem caussam con- s.pag.22.  
scito, quū perorāt ambo praesentes: hīc ego eis fa-  
cile assentior, qui caussam coniūcio, legunt: nā hoc  
fieri lex non vult, nisi vtraque parte præsente. ne-  
que tantum rei caussam coniiciunt: sed eam quo-  
que iudex coniūcere dicitur, cum audit. consicere au- Cōscire caus  
tem caussam pro cognoscere Latinè dici non pos- sam.  
se reor, vitiososque Gellii codices arbitror. Nam  
in Cornificii antiquis libris coniūcio indubitanter  
sine vlla vitiis aut litura suspitione scribitur. Post s.pag.23.  
meridiem, inquit, præsenti litem addicito, si ambo præ-  
sentes.

Hīc lis, res est de qua controuersia est, quæ ad- Lis quid.  
dicitur alteri, præsente tamen aduersario. Nam eo  
absente non temerē statim adiudicare præsenti  
rem solebant, sed compendinabant. Itaque de  
Claudio vt nouum scribitur, absentibus secundum  
præsentes facile dabat, legere tamen quidam ma-  
lunt, Litem addicito, vt eodem die coniectioni lis  
adiiciatur.

**Q**uod autem additur, Sol occasus suprema s.pag.23.  
tempetas esto, significat post occasum solis  
cognoscendas caussas non esse nec iudicandum:  
sed tum iudicium esse dimittendum. Igitur occasus  
solis est supremum tempus diei vltimumque iu-  
dicantibus.

**A**lia est lex de iuncto tigno XII. Tab. verbo s.pag.56.  
nescio quo concapta contaminata, aut, vt alii e-  
M. ii.

A. T V R N E B.

mendant, capulo capularis facta: quam ego sic scribendam puto, & fortasse turpis inquinabofædabóque: *Tignum iunctum adib⁹ vineæq⁹, copula ne soluito, ut lex vetet tignum vindicari & extrahi ex adib⁹ & vinearum maceria*, aut aliquo earum compluuiio aut iugo.

Nunquam putauit *capulos egere tignis*: fauet emendationi, quod Iurisconsulti tantum de tigno in vinea & adib⁹ legem X I I. Tab. loquutam scribūt, nec capuli meminerunt, sed nec Festus ipse: verū quia in antiquis libris partim *concapet*, partim *concapu⁹* reperitur, neque eorum negligēda est auctoritas, fortasse hac formula lex sit edenda, *Tignum iunctum adib⁹ vineæq⁹, cum capite, ne soluito*: nam capite iungūtur tigna, & vineis quum alligantur innectunturque vitibus, & adificiorum parietibus quum inseruntur indunturque: vel potius in vinea iungūtur cum aliquo vītis capite: nam *capita vi-*  
*tium stirpes dici non ignorat*, qui scriptores rei rusticæ legit: sed & Maro ita usurpat,

*Supereft deducere terram, Sapient ad capita:*

Hanc interpretationem veriorem puto, posteriorēmque scripturam legis certiorem existimo: sed omnium sincerissimam, *Tignum iunctum adib⁹ vineæ ne vindicato, ne soluito*. huic quidem fauet Vlpiani interpretatio, qua dicit legem X I I. Tab. neque *soluere* permittere furtiuum tignum iunctum adib⁹ vineæ, neque *vindicare*, non deerit fortasse, qui nére capito, nére soluito scribat.

**S**Vbiūgam libri primi de Oratore locum alium, quem & emendare & explicare conabor. *Vel si cassam ageres militis patrem eius, ut soles, dicendo à mortuis excitasses, statuisses ante oculos, complexus es- set filium, stlensque eum centumviris commendasset: la- pides mehercule omnes flere ac lamentari coegisses: ut Lex X I I. totū illud, ut i lingua nūcupaſſit, nō in X I I. Tab. quas Tabul.* tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in magico carmine scriptum videretur. Non dubito, quin quum in omnibus

Capuli.

S. pag. 51.

Capita.

I. i. ff. de tig.  
in iunct.

## S I N G V L A R I A.

emnibus libris veteribus magistri scriptum repe-  
riatur , ea sit sincera germana que scriptura , quæ  
non intellecta in magum degenerauerit . eam ar-  
bitror probatum iri bonis & intelligentibus , vbi  
explicata fuerit . Agit lege in hereditatem testa-  
mento patris exheres filius , non tamen nominatim  
exheredatus , sed alio herede scripto , qui ipse mi-  
litia mortuus existimatus esset . Eam igitur caus-  
sam si Crassus egisset , carmen illud X I I Tab .

*Uti lingua nuncupasit, ita ius esto,*  
quo nexa , mancipia , testamenta , confirmantur : *Nexa.*  
iniquum iniustumque increpasset , neque tam le- *Testamenta.*  
gum carmen , quām magistrorū bona debitortum *Mancipia.*  
proscribentium , & à liberis debitorum ad alie-  
nos transferētium clamasset , præsertim quum eo  
testamento , veluti auctione , ad extraneum bona  
transitura essent . *Carmen autem magistri interpre-* *Carmē ma-*  
*tor, tabellam, quam magister proponebat, & qua gistrī.*  
proscribebat se alicuius bona venditurum . Eius  
enim olim , qui multis debebat latitabatque , ne-  
que defendebatur , creditores Prætorem adibant ,  
apud quem querebantur , honorūmque possessio-  
nem petebant : quam & Prætor dabat , atque in  
diem certam ea possidebant : quæ quum venerat ,  
Prætorem rursus adibant , petebantque sibi ut li-  
ceret unum è suo numero diligere , qui bonorum  
venditioni præseset , qui magister dicebatur : is in  
compitis celebris , & frequentibus vrbis locis  
Tab. proponēbat . se debitoris bona venditurum  
his verbis : TITIVS debitor noster incidit in caus-  
sam venditionis bonorum , nos creditores eius bo-  
na vendemus : qui volet emptor accedat . hanc , ut  
opinor , proscriptionem Cicero hic appellat ma-  
gistri carmen .

**I**N edicto Iustiniani , quo iuris au thoritas confir- *Anteceſſo-*  
matur , *Anteceſſores* homines legum peritos & *ris nomen-*  
iuris , etiam si non sint professores , existimo , ab  
honore , quod aliis qui ius non didicere antece-  
M. iii.

A. T V R N E B.

dant, sic Apostolorum principes Tertullianus antecessores vocat, ut lib. 5. aduersus Marcionem, quam Paulus sciret se non in vacuu cucuruisse, quam dexteras ei darent antecessores. & libro primo, tunc primum cum antecessoribus Apostolis conferebat. Nec verò eos laudo qui Antecensores esse legendum contendant, quæ vox Latinis hominibus insolens & inaudita est. Nam Hesychiu, in quo Ἀγρικέντωπος scribitur, non satis locupletem & idoneum testem arbitror, quū præsertim verba Latina ore Græco plerunque corruptius concipi sciam. In ea constitutione Dupondij appellantur, auditores primi anni: quamobrem, in controversiam venit. ego, ut aliorum sententias omittam, sic eos appellatos existimo ridiculè, quod non essent magni pretii: sed duorum assium, ut si triobolares aut diobolares auditores diceres. nam dupondius duos asses significat, vel xxiiii uncias, vel xvi fescuncias, ac pro pecunia parua ponitur. Cicero pro Quintio, si dupondius tuus ageretur sex Naeni, si in paruula re captiōnis aliquid vererere. In eadem constitutione lytas solutos interpretantur quidam, magno sanè flagitio: ut enim non λύτη dici debuerunt. ego solutores interpretor, qui iam tantos progressus habent in iure, ut de eo respondere propè possint, & quæstiones soluere: atque ii erant, qui responsis prudentum, & quæstionibus operam dabant. eos propè expressissime Inuenialis hoc versu videtur,

*[Qui iuris nodos, legumque anigmas soluat.]*

¶ *Proclītēj.* Idem est in Troytis error, quos tanquam præsolutores interpretor, quod etiam solutoribus, qui lytæ dicuntur, antecellant.

In l. 10. ff. de iust. & iure. *A*n imaduerti Vlpianum in iustitiæ definitio-  
ne Stoicorum æmulum esse: illi enim vitium inconstantia, virtutem constantia metiuntur: ac perturbationibus, quas omnes vitiosas arbitrantur, & inconstantes, tres opponunt constantias, quas laudi ducunt, hinc igitur adductus pronunciavit

# SINGVLARIA.

civit iustitiam esse perpetuam & constantem vo- *Constat<sup>s</sup>*  
luntatem, ius suum cuique tribuentem. Quum au- *Perpetua.*  
tem ius in cognitione & actione versetur, ac scien-  
tia sit Iurisconsultorum, actio & officium omniū:  
vtrūque complexus est Vlpianus. præcepta enim  
ad officium & actionem pertinent, Iurispruden-  
tia ad scientiam. Hic pars philosophiæ moralis  
~~et~~ dicebatur (Seneca præceptuum inter-  
pretatur,) quæ in præceptis versatur, quam in of-  
ficiis Cicero pertractat. Ita enim scribit, *Omnis de*  
*officio duplex est quaestio, unum genus est, quod perti-*  
*net ad finem bonorum, alterum quod positum est in præ-*  
*ceptis.* Rursum, *quorum autem officiorum præcepta*  
*traduntur, &c.* Quū etiam definit jurisprudētiā, *§. Inst. tit. 1.*  
rerum diuinarum & humanarū notitiā, nōne  
ambitiosè affectat sapientiæ munus, & eius orna-  
mento arti suæ decus quærerit? Nam sapientia re-  
rum diuinarum & humanarum cognitio dicitur,  
& causarum quæ res eas efficiunt & continent.  
eam scientiam libenter philosophis adimeret, suis  
attribueret Vlpianus: qui etiam mihi videtur in  
philosophorum inuidiam & contumeliam appelle-  
lasse iurisconsultos iustitiae sacerdotes, quasi de<sup>x</sup> *Sacerdotes*  
cuiusdam cultores, propterea quòd philosophi *iustitiae.*  
Stoici sū sapientem solum verè sacerdotem pro-  
fitebātur, quum Vlpianus assimulatam nō veram  
nec sinceram eorum philosophiam prædicet.

Fol. 120. li. 6. enchiridio. & li. 12. ibidem, Codi-  
dicem Theodosianum in quibusdam folijs.

M. iii.

